MISSALE DIOECESIS SALISBURGENSIS
Augsburg, um 1476 Seite 197r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ret a principio. Ab eterno ordina-
ta sum et ex antiquis: antequam
terra fieret. Necdum erant abis-
si: et ego iam concepta eram.
Necdum fontes aquarum erum-
pant: necdum montes grauiti
mole constiterant. Ante colles
ego perturiebar. Adhuc terra
non fecerat. et flumina et cardi-
nes orbis terre. Quando preparabat
celos aderam: quando certa lege et
giro uallabat abissos. Quando
etha firmabat sursum. et libra-
bat fontes aquarum. Quando cir-
cumdabat mari terminum suum
et legem ponebat aquis ne
transirent fines suos. Quando
appendebat fundamenta terre:
cum eo eram cuncta conpo-
nens. Et delectabatur per singu-
los dies. ludens coram eo omni
tempore. ludens in orbe terrarum. et de-
licie mee esse cum filijs homi-
num. Nunc ergo filij audite me.
beati qui custodiunt uias meas.
Audite disciplinam. et estote
sapientes: et nolite abicere eam.
Beatus homo qui audit me:
qui uigilat ad fores meas
quottidie et obseruabat ad
postes hostij mei. Qui me in-
uenerit: inuenet uitam et hau-
riet salutem a domino. Gr. Audi filia.
Alla. Adducentur regi uirgines. Alla.
Natiuitas gloriose uirginis marie
ex semine abrahe orta de tribu iuda
Sclare ex stirpe dauid. Sequitur.
Stirpe maria regia procreata re-
gem generans ihesum. Laude dig-
na angelorum sanctorum. Et nos pec-
catores tibi deuotos intuere benig-
na. Tu pios patrum mores omnes
in te sed excellis eosdem. Patris
tui salomonis in te lucet sophia.
Et ezechie apud deum correctum
sed nunquam in te corrupendum. Pa-
tris iosie adimpleuit te religiosi-
tas. Summum eciam patriarche te fi-
des totam possedit patris tui. Sed
quid nos istos recensemus hero-
as. Cum tuus natus omnes pre-
cellat illos atque cunctos per orbem.
Nos hac die tibi gregatos serua
uirgo in lucem mundi qua prodi-
sti paritura celorum lumen. Inici-
um sancti euangelij secundum Ma-
theum.
Liber generacionis
ihesu xpi filij dauid: filij
abraham. Abraham genui-
t ysaac: ysaac autem genuit
iacob. Iacob autem genuit iu-
dam et fratres eius. Iudas autem
genuit phares et zara detha-
mar. Phares autem genuit
esrom. Esrom autem genuit
aram. Aram autem genuit am-
madab. Ammadab autem gen-
naason. Naason autem genuit
salmon. Salmon autem gen-
boos de raab. Boos autem genuit
obeth ex ruth. Obeth autem gen-
yesse: yesse autem gen dauid
regem. Dauid autem rex. gen-
salomonem ex ea que fuit urie.
Salomon autem gen roboam.
Roboam autem genuit abiam.
Abia autem gen asa. Asa autem
gen iosaphat. Iosaphat autem
gen ioram. Ioras autem gen
oziam. Ozias autem gen ioa-
than. Ioathan autem gen ach-
am. Achas autem gen ezechiam.